UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Dictamen Illustrissimi ac Reverendissimi P. Mag. Fr. Gabrielis Adarzo de Santander, Episcopi Viglevanensis, Ad Interrogata respondens Circa Exclusivam, quandoque à Principibus interpositam, ne ...

Adarzo, Gabriel

Francofurti, 1660

Typographus Lectori Politico.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10517

Visual Library

TYPOGRAPHUS

Lectori Politico.

OBiit D. Ioannes Godofredus Schönvvetter, cui Viri Docti debent plurimum: ſingulis enim annis ære ſuo multos Iuniorum Libros edidit. Reliquit Manuſcripta plurima, quæ vndequaque corraſerat, ut prælo ſuis expenſis ſubjiceret: & perirent omninò, aut longo hærerent tempore, niſi Viduæ, Filiorumque diligentia periclitantibus manus darent. Mihi arriſerunt illa, quæ Eminentiſſimorum D. D. Cardinalium authoritatem, & Sūmi Pontificis creationem concernebant & inter alia iſtud, ratione materiæ & Authoris: illa eſt eminentiſſima, & à nullo hactenùs, quem ſciam, diſcuſſa; ideòque neceſſaria Principibus, & Eruditis Viris grata: iſte Cæſaribus & Regibus charus, & propter alia Scripta Orbi litterario notiſſimus. Librum igitur hunc ſummè neceſſarium pro dubitantium animorum quiete, benevolè ſuſcipe: & ſi illum debito honore proſequaris, alios ſimilis argumenti typis meis edendos expecta. Vale.

Dictamen

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN